VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 38v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



de domo regis assumpsit multum ni
mis. et ꝓfectus ē ipē et omīs exercitus
cum quadrigis. et equitibꝫ et sagittati
is. Qui cooperuerunt supfitiem terre
sicut locuste. Cumqꝫ ꝑtransisset fines
assiriorꝝ. uenit ad magnos montes a
nge. qui sunt a sinistro cilicie: ascendit
qꝫ omnia castella eorꝝ et obtinuit om
nem munitionē. Effregit autem ciui
tatem opinatissimam mellothi. ꝑdaui
tqꝫ omīs filios tharsis. et filios ismahel
q̄ erant contra faciem deserti. et ad aus
trum terre celeon. Et transiit eufraten.
et uenit ad mesopotamiā. ⁊ fregit omīs
ciuitates munitas que erant ibi. a tor
rente mambre usqꝫ q̄ ꝑueniat ad ma
re et occupauit terminos eius a cilicia.
usqꝫ ad fines iafech qui sunt ad austrū.
abduxitqꝫ omīs filios madian. ac ꝑ
dauit omnem locupletationē eorꝝ: om
nesqꝫ resistentes sibi occidit in ore gla
dii. Et post hec descendit in campum
damasci in diebꝫ messis. ⁊ succendit oīa
sata. omnesqꝫ arbores ac uineas fecit in
cidi. Et cecidit timor illius sup omnes
inhabitantes terram. iii.

Tunc miserunt legatos suos uniu
sarum urbium et ꝓuinciarū regē.
ac ꝑncipes syrie. scilicet mesopotamie.
et syrie iobal et libie atqꝫ cilicie. Qui ue
nientes ad holofernem dixerunt. Desi
nat indignatio tua circa nos. Melius
ē ut uiuentes seruiamus nabuchodo
nosor regi magno. ⁊ subditi simꝰ tibi:
quam morientes cum interitu nr̄o. ipi
seruitutis nr̄e clampna patiam̄. Oīs
ciuitas nr̄a. omnisqꝫ possessio. omnes
montes et colles. et campi. armenta bo
um. greges ouium caprarumqꝫ. equorꝝ.
camelorꝝqꝫ et uniuerse facultates nr̄e
atqꝫ familie in ꝯspectu tuo sunt. sint
omnia sub lege tua. Nos etiam ⁊ filii
nr̄i serui tui sumus. Veni nob pacificus
dn̄s: et utere seruitio nr̄o sicut placuit
tibi. Tunc descendit de monte cū equi
tibꝫ in uirtute magna. ⁊ obtinuit ciui
tatē omnē. et omnem inhabitantē terrā.

De uniuersis autem urbibꝫ assumpsit
sibi auxiliarios uiros fortes ⁊ electos
ad bellum. tantusqꝫ metus ꝓuinciis il
lis incubuit. et uniuersarum urbiuꝫ
habitatores. principes et honorati si
mul cum ꝑplis exirent obuiam ueni
enti: excipientes eum cum coronis et
lampadibꝫ. ducentes choros. in tybiis
et tympanis. Nec ista tamen fatientes
ferocitatem eius pectoris mitigare po
tuerunt. Nam et ciuitates eorꝝ destruxit.
et lucos eorꝝ excidit. Ꝑceperat enim illi
nabuchodonosor rex. ut omnes deos eorꝝ
exterminaret. uidelicet ut ipē solus dice
retur deus ab his nationibꝫ. que potuissent
holofernis potentie sb iugari. Ꝑtransiens
autem syriam subal et omnem appa
miam omnemqꝫ mesopotamiam. uenit
ad idumeos in terra gabaa. accepitqꝫ ci
uitates eorꝝ: et sedit ibi ꝑ xxx. dies. In
quibꝫ diebꝫ adunari ꝑcepit uniuersū
exercitum uirtutis sue. iiii

Tunc audientes hec filii isrl̄ q̄ habi
tabant in terra iuda: timuerunt
ualde a facie eius. Tremor etiam ⁊ hor
ror inuasit sensus eorꝝ: ne hec faceret
ierl̄m et templo dn̄i. qd̄ fecerat ceteris ci
uitatibꝫ et templis earꝝ. Et miserunt
in omnem samariā ꝑcircuitum usqꝫ
iericho: et ꝑoccupauerunt omīs uerti
ces montium. et muris circumdederūt
uicos suos. et ꝯgregauerunt frumēta
in ꝑparationem pugne. Sacerdos etiam
heliachim scripsit ad uniuersos qui
erant contra hesdrelon. q̄ ē ꝯtra faciem
campi magni. iuxta dothaim. et ad u
niuersos ꝑqs transitus ēē poterat. ut ob
tinerent ascensus montium. ꝑqs uia
ēē poterat ad ierl̄m: ut illic custodirent
ubi angustum iter ēē poterat int̄ mōtes.
Et fecerunt filii isrl̄. sedm qd̄ ꝯstituerat
eis sacerdos dn̄i heliachim. Et clama
uit omīs ꝑpl̄s ad dn̄m in stantia mag
na. et humiliauerunt aīas suas. in ie
iuniis. ipi et mulieres eorꝝ: et induerūt
se sacerdotes cilicius. et infantes ꝓstraue
runt ꝯtra faciem templi dn̄i: et altare